per talia uerba. Nec ex hmoi locutōe posset pec catū alicuius deprehēdi dicendo autē. Iste est mihi confessus sua peccata. nō est reuelare. quia nil ponit in palam quia si dixerim⁹. quia peccatū nō habemus. zc. Sed dicēdo sibi fuisse cōfessum de magnis et multis peccatis. hoc est reuelare confessionē scdm Pe. Bona autē alicui⁹ opa que quis scit ex cōfessione. puta qꝛ est uirgo. uel quia nūq̄ peccauit mortaliter. et hmoi licet dicere. nisi quia ex hoc ꝙ unus laudatur de hmoi. quasi alterius peccatū reueletur cū nō laudat̄ de eodē. quia qd̄ de uno dicitur de alio negat̄. di. xxv. c. qualis. Vnde si de duob⁹ confitentibus dicit confessor ꝙ est uirgo esset statim suspicio contra aliū si idē nō diceret. unde Pe. de pal. ista dicit z magister Vmbert⁹ dicit simpliciter abstinendū ab hmoi locutionib⁹. addens etiam ꝙ confessor debet cauere ne unq̄ per aliquod genus peccati ostendat cōfitenti minorem familiaritatē uel signum minoris dilectionis. Alia que dicuntur in confessione nec peccata nec ualētia ducere in manifestatōem cōfitentis. puta ꝙ in tali terra sunt bona uina nō cadūt sub sigillo confessionis.

Quid fiendū quādo confessor indiget consilio super uno casu.

NOta etiā ꝙ quādo cōfessor indiget cōsilio alterius. nisi habeat licentiā a confitēte de ꝑsona manifestāda debet loqui ita obscure z caute z a remotis. ut nullo modo cōsulēs unq̄ possit imaginari de ꝑsona. uñ debet cōsiderare ꝑsonam

et tempus idoneũ· naȝ quis audierit unũ clericũ aduenientē· si confessor uadat subito ad interrogandũ de aliqua simonia z hm̃oi nõne satis probabiliter et quasi uiolenter habebit ille suspicari d illo clerico·et ideo in hm̃oi magna cautela est adhibēda· ꝙ si cõfessor nesciret uel nõ posset casuȝ exprimere sup̱ quo indiget cõsilio quin ille cõsultor intelligeret p̱sonam et illa nõ uult sciri· debet ire ad aliũ pro cõsilio ꝙ si alium sufficientē habere nõ potest nõ se intromittat· Vnde Pe·de pal· dicit· Si nõ posset confiteri peccatũ propriũ·nisi dicēdo aliquod pc̃m per quod manifestat̃ cõfessio alteri⁹·nõ debet illud cõfiteri·etiã si esset mortale·quia sufficit tunc cõtritio cũ proposito confitēdi quãdo ip̄e habebit copiã tal̃ sacerdotis·cui illud peccatũ suũ confitēdo nõ manifestetur alterius cõfessio·Ratio est quia fortior est obligatio ad celandũ quã ad confitendũ·Si quis aũt reuelat in cõfessione debita sua z credita sua et hm̃oi Et quãdo·et an sacerdos possit alias reuelare·uide de hac materia plene in tertia p̱te summe·

¶ Explicit tractatus de confessore·

¶ Incipiũt undecim excõicationes reseruate sedi apostolice· tã a iure quã p̱ processuȝ siue p̱ extrauagãtes·et breuiter recollecte. De inde sequunt̃ excõicatões reseruate episcopis uniuscuiusq̄ diocesis·

De inicientib⁹ manus uiolētas uel temerarias in clericũ uel religiosum uel monialeȝ uel alterã religiosam p̱sonã·papalis est absolutio

si iniuria est enormis huius tame declaratõem ui de in·iiii·pte in ti·de excõicationibus·et·xvii·q· iiii·c·si quis suadēte diabolo in decretis· ¶De in cendiariis ecclesiaꝝ uel aliorū locoꝝ sacrorum uel religiosorū uel cimiteriorum est papalis excõica tio·postq̃ sunt denunciati· sed per epūm pōt ab solui ante denūtiatõem·de hac uide in·c· cōque sti·z in·c·Tua nos·ext·de sen·excō· ¶De effrac toribus predictoꝝ locorū sacrorū qui etiā postq̃ fuerint denūciati est absolutio papalis· sed ante denūtiatõem est epalis absolutio· ext·de sen·ex co·c·conquesti· ¶De incēdiariis alioꝝ locorum nō sacroꝝ de cõsulentibus aut fautoribus qui ta les nō sunt excõicati a iure cõi.sed sunt excõican di·Si tamē fuerint excõicati aliquo iure pticulari puta excõicatione sinodali uel ab homine· et fue rint denūciati est papalis absolutio· Vide de hoc in·c·tua· de sen·excō· ¶De falsantibus litteras papales uel falsis scienter utentib9·ext·de crimi ne falsi·c·dura·¶De apponētibus manū ad cor rigendū etiā minimā lr̄am uel punctū minimum in his litteris·exceptis his quib9 est cõmissum·ē papalis absolutio scd̄m Hosti·p sn̄iam curie latā· ¶De fingētib9 nouā heresim uł iam damnatā se quētibus·iiii·q·i·c·i·et·ii·ext·de here·c· ad abo lendā·et nūc est casus papalis p extrauagantem Martini·v·ut patet in processu ipius annuali· ¶De scismaticis et precipue de sequentibus scis ma Petri de luna·et successoꝝ ei9 z fautoꝝ ipius scismatis est papalis absolutio p processuz curie·

¶ De credentib9 receptatoribus defensoribus z fautorib9 hereticoꝝ est papalis absolutio· z quo modo intelligantur ista nomina· uide in summa ti· de excōicationibus· in· iiii· parte summe· ¶ de cōmittētibus simoniā· siue pro ordinib9· siue pro bn̄ficiis uel p̄latur̄ uel officiis eccl'iastic' uel pro in gressu in religionē· uel pro aliis spūalib9 ē absolutio papalis ꝑ extrauagantē Martini· v· uide de hac in· ii· parte summe· ti· de simonia· ¶ De faciē tibus pactū uel promissionē uel recipiētibus ex pacto uel promissione occulta uel manifesta ali quid etiā paruū pro aliqua iusticia uel gratia pro alio uel pro se in causis iudicialib9· seu pro litter̄ obtinendis ab apostolica sede est papalis absolu tio per extrauagantē Bonifacii· viii· ¶ de sciēter utentibus talibus gratiis uel litteris sic obtentis est absolutio papalis per extrauagantez· Bonifa cii· ¶ de piratis z quibuscūqꝫ alios in mari depre dantibus est papalis absolutio per processum cu rie· ¶ de impedientibus depredātibus uel inua dentibus adducentes uictualia seu alia ad usum Romane curie necessaria uel ne talia deferantur aut adducantur ad curiam z de defendētibus ta lis facientes est absolutio papalis per processuz curie· ¶ de capientibus detinētibus depredanti bus romipetas et ꝑegrinos ad urbem Romā ac cedētes· tam causa deuotionis quā peregrinatio nis· et similiter in ea morantes et recedentes ab ipa est absolutio papalis per processum annualē qui fit in curia· Et similiter de dantibus cōsilium

z fauorez ad talia supradicta faciendū est papa
lis absolutio per processum· ¶ de portantibus ar
ma equos et alia necessaria ad impugnandū chri
stianos uel trāsmittentib9 seu galeas et naues uē
dentibus uel in piraticis saracenoꝝ gubernatio
nem exercētibus uel dantibus auxilium consiliū
et fauorem in dispendium terre sancte·ext· de
iudeis·c·ad liberandam·et est casus papalis per
extrauagantē Clemētis· et per processum curie·
¶ de portantibus etiaz uictualia et alia quecūq3
mercimonia in Alexandriam uel in alia loca sarace
norum·terre Egypti uel mittentibus ipsa uel de
suis portubus ut eis deferantur extrahentib9 uł
extrahi permittentibus· aut dantibus auxiliū et
fauorem·et est papalis per processum curie·
¶ De portantibus predicta uel aliquo modo p̄
dictorum·et ad hoc operantibus ad omnes ter
ras Soldano subiectas est papalis absolutio per
extrauagantem Clemētis· ¶ de euntibus ad ter
ram sanctāetiam causa deuotionis seu uoti· sine
licentia sedis apostolice· et est absolutio papalis
prout repi in libro pñiarie sūmi penitētiarii· qui
et ipse hoc potest· ¶ de insecuroribus Cardinali
um hostiliter et est excōicatio pepalis per·c·feli
cis·de penis·li·vi· ¶ De bannientibus ep̄os· uel
capientib9 et insecutoribus uel hoc fieri mandā
tibus·aut facta ab aliis rata habentib9 uel in his
dantibus consilium et fauorem·uel scienter tales
defēdentibus·est papalis absolutio·per·c·si qs·
de penis in cle·

¶ De exétcrantibus uel frustra concidentib⁹ seu decoquere uel incidere. aut ossa de carnibus euel lere presumentib⁹ cuiuscúq; defuncti. ut eius ossa ad partes alias deferantur est papalis absolutio per extrauagantē Bonifacii. ¶ De occupantibus uel detinētibus uel hostiliter discurrētib⁹ ꝑ se uel per aliū directe uel indirecte sub quocúq; titulo uel colore ciuitates terras loca uel iura ad Romanā ecclesiam pertinētia. et adherētib⁹ fautoribus ac defensoribus eoꝝ est absolutio papalis per processum curie. ¶ De hiis qui occasione sñie excōicationis suspensionis uł interdicti late dant licentiā eos grauādi qui eam tulerūt uel suos in personis rebus uel bonis illoꝝ quorum occasione late sunt uel qui eas obseruāt uel qui taliter excōicatis cōicare uolūt nisi licentiā ipsaꝫ integre reuocēt. Similiter qui dicta licentia usi fuerint uł etiā sine licētia hoc fecerint suo motu excōicationē incurrūt. in qua si ꝑmāserint per duos mēses est papalis absolutio. uide de hac in. c. de dñis in ii. ꝑte. ¶ De his qui cogūt aliqueꝫ celebrare in loco interdicto uel ad audiendū cōuocant excōicatos uel interdictos uel probibēt interdictos uł probibēt eis ne moniti exeant. et de hiis qui moniti nō exeūt. de. grauis. de sen. excō. ¶ De hiis qui imponūt in terris suis noua pedagia. et est excōicatio papalis ꝑ processum curie. ¶ De laici recipiētib⁹ n Romana curia lr̃as dñi pape ꝺ manu alicui⁹ nisi de manu dñi pape uel bullatorum. uel nuncii recipiētis de manu predictoꝝ.

¶ Excōicationes papales concernen
tes religiosos religiosasq̄.

¶ De clericis et religiosis inducentibus ad uo
uendū iurandū uel promittendū de eligē
do apud eos sepulturā uel ut eā ulterius nō mu
tēt iam electā excōicatio est papalis. p cle. cupiē
tes. de pe. ¶ De religiosis qui absq̄ spāli licentia
proprii sacerdotis solemnizarēt matrimonia aut
ministrarēt sacramentū eucharistie uel extreme
unctōis. cle. i. đ priuile. re. est exōicatio papal.
¶ De religiosis q excōicatos a canone absoluunt
a casib9 nō concessis. aut qui absoluūt a sentētiis
p statuta sinodalia uel prouincialia promulgata.
aut absoluunt a pena et a culpa est excōicatio pa
palis p cle. de priuile. re. ¶ De inquisitoribus he
reticoꝝ qui odio gratia uel lucro et amore cōtra
iusticiā et conscientiam omiserint cōtra quēpiam
procedere uel ipsam heresim alienis imponerēt.
aut imponerēt q̄ impediret officiū suū est excōi
catio papalis p cle. multoꝝ de here. ¶ De mēdi
cantibus professis. qui trāseunt ad aliquā religio
nem monachalē excepto ordine cartusiensiū ꝛ re
cipientib9 tales scienter est excōicatio papalis p
constōem Martini factā Constantie. ¶ De clerici
scienter et sponte cōicantibus excōicatis a papa
in diuinis est excōicatio papalis scđm Hosti. Ista
excōicatio tñ hēt dubiū. ext. de sen. excō. c. sig
nificauit. ¶ De pticipantib9 in crimine propter
qđ aliquis est excōicat9 aliqua p̄dictaꝝ excōica
tionū est excōicatio papalis p. c. si cōcubine. ext

de sen. exco. ¶ De his qui absoluunt ab aliqua p̄dictaꝝ excōicationū citra sedē apostolicā. p̄ter q̄ in articulo mortis. qui taliter absoluti si nō se representēt q̄citius p̄nt ei a quo possunt absolui uel mittāt pro absolutōe reincidūt in eandē. s. papalē excōicationē p. c. eos. de sen. excō. li. vi.

¶ Excōicationes Ep̄is ex iure reseruate.

De uerberātibus clericos religiosos uel moniales. seu talib9 man9 uiolētas inicientib9 seu temerarias est ep̄alis excōicatio si fiat leuis iniuria talibus per. c. peruenit. ext̄. de sen. exco. ¶ De his qui innituntur ordinationibus. seu alienationibus a scismaticis factis est ep̄alis per. c. i. ext̄. de scisma. ¶ de his qui usurpant de nouo uacantiū ecclesiaꝝ monasteriorum uel alioꝝ piorum locoꝝ custodiam. seu guardiam titulū aduocationis seu defensionis. que proprie sunt nomina patronatus uel ipsorum locoꝝ uacantiū bona occupant uel regalia. i. collectam que fit rōne regis uel Imp̄atorū seu tributū regi debitum. ut. c. generali. de elec. li. vi. ¶ De clerici uel monachis ipsorum locorū uacantiū qui hoc fieri procurāt. et hec excōmunicatio cum priori habet̄. excōicatio est Ep̄alis. per. c. generali. de elect. in. vi. ¶ de his qui ab ecclesiis uel personis ecclesiastici per se uel p alium suo nomine uel alieno pro personis uel rebus quas nō causa negociatōis deferūt uel deferri faciunt seu trāsmittūnt exigūt aliquod pedagium uel guidagiū est excōicatio episcopalis. per. c. q̄q̄. de censi. li. vi.

¶ De his qui fecerint statuta contra libertatē ecclesie·et qui scripserint ea·et qui sunt ptātes consules rectores et consiliari locoꝝ ubi dicta statuta·seu etiam cōsuetudines edite sunt uel seruate et qui seruare ea fecerint et scdm ea iudicauerint uel qui in publicam formaȝ redegerint iudicata·est excōmunicatio epālis·per·c· nouerit de sen·exco· ¶ De rectoribus ciuitatū facientibus exactiones indebitas clericis religiosis uel ecclesiis eorum·si postq̄ fuerint moniti nō desistant est episcopalis excōmunicatio per·c·nō minus·ext·de immu·eccle·et·c·aduersus cōsules· ¶ de his qui absolutōem ab aliqua excōmunicatione uel reuocationē ei⁹ suspensionis uel interdicti extorquēt per uim uel per metum·neqꝫ ualet absolutio·sed incurrunt nouam excōmunicationem est episcopalis excōmunicatio per·c·i·de his que ui met⁹ fiunt·li·vi· ¶ de his qui per assassinos·i·quosdā infideles qui ex falsis suis opinionib⁹ de facili mittebantur ad occidenduȝ christianos·et qui interfici fecerint uel mādauerint aliquem christianuȝ etiam si mors non fuerit subsecuta·et de receptatoribus·et defensoribus et occultatoribus eorū est excōmunicatio episcopalis per·c· pro humani·de homici·li·vi· ¶ de ptātibus capitaneis rectoribus consulibus iudicibus cōsiliariis et aliis officialibus qui statuta faciunt scribūt· uel dictant per que quis compellatur soluere usuras uel solutas nō repetere est episcopalis excōmunicatio·cle·ex graui·de usuris·

¶ De hiis qui occasione sñie excõicationis uel interdicti late dát licentiá grauádi illos qui tulerút eas uel suos in psonis uel rebus· hic tamé casus est epãlis usq ad duos méses ab incursione sñie ab inde uero est papalis excõicatio· p· c· quicúq de sen· excõ· li· vi· ¶ De hiis qui iudicant statuta edita in fauoré usurariorum· et qui habent sup hoc ptátem· nisi statuta ipsa deleuerint aut si ea pmiserint obseruari· Vnde illi qui faciunt capitula cú iudeis· ut dñi et cõitates cõtinentia q possint fenerari· et q nó possint repeti in iudicio usure extorte ab eis· et hmoi uident incidere in hác excõicationé· et dñi qui ea faciunt· et ciues qui cõsulút cle· ex graui· de usuri· ¶ De his qui cõcedunt represalias cõtra psonas ecclesiasticas spáliter aut generaliter é epãlis excõicatio p· c· si pignorationes de iniur· et dá· da· li· vi· ¶ De rectorib9 secularibus uel quibuscúq officialib9 eorum qui cognoscerét de crimine heresis aut captos liberarét uel diocesanorum uel inquisitorú officiú impedirét est Epãlis p c· ut inquisitõis· d· here· li· vi· ¶ de his qui scienter contrahút matrimonia in casibus nõ cõcessis et prohibitis cõsanguinitatis et affinitatis· et de contrahentibus cú monialibus est Epãlis· ut cle· eos· de consangui· z affi· ¶ de dominis temporalibus qui subditis interdicút· ne prelati uel psonis ecclesiasticis quicq uendát uel emant ab eis bladum molant pané coquát et hmoi obsequia exhibere presumát est epãlis excõicatio· p c· eos· de immu· eccle· li· vi·

¶ De his qui impediūt· quin corā iudicib9 eccle siasticis uel legatis uel ordinariis in casibus·qui ad eos pertinēt illi qui conquerūt iusticiā possint obtinere excōicatio est epālis ·per·c·quoniā· de imu·eccle·li·vi· ¶ de his qui compellūt impetrā tes lrārum apostolicaꝝ uel alios recurrentes ad forū ecclesiasticum in causis que de iure uel anti qua cōsuetudine ad ipsum ptinent·ul' ad desistē du3 uel litigandū de eis in foro suo seculari· gra uādo iudices ecclesiasticos uel impetrantes· seu litigantes seu uolētes corā eis litigare uel grauā do propinquos eoꝝ uel capientes res uel ecclesi as taliū uel quocūq3 alio modo·dicto·c·quoniā· est epālis· et similiter de dantibus cōsiliū et fauo rē et auxiliū ad omnia pdicta in duob9·§·pcedē tibus· ¶ de his qui platos capitula seu alias pso nas ecclesiasticas compellūt ad submittendū lai cis ul' ad alienandū bona immobilia seu iura eccle siarū· z similiter laici qui usurpāt sibi illicite hmoi z si nō destiterint postq̄ fuerint admoniti est epi scopalis excōicatio·p·c·hoc cōsultissimo·de re· ec·nō alie·li·vi· ¶ de his qui fingūt frauduleter aliquē casum·p quē aliqs iudex mittat ad aliquā mulierem pro testimonio est excōicatio Episco palis·per·c·mulieres·d iu·li·vi· ¶ de his qui uo cantur ad dirigēdas moniales in electōibus·nisi abstineāt ab his p que posset discordia nutriri· ē excōicatio episcopalis· per·c·indēnitatibus· de elec·li·vi· ¶ de his q grauāt clericos ul' alias pso nas ecclasiasticas ad quas spectat aliqua electio

pro eo ꝙ rogati ſeu alias inducti eũ pro quo ro gabant· ſeu inducebant noluerũt eligere uel con ſanguineos eoꝝ aut ipſas eccleſias· ſeu loca bñfi cii ſeu aliis bonis ſpoliando· ſeu alias iniuſte ꝑſe quendo·c· ſciant cũcti·de elect· et eſt ep̃alis ex cõicatio· ¶ de hiis qui loquũt ſecrete uel mittunt ſcripturas uel nũciũ alicui Cardinali·quãdo ſunt recluſi occaſione electõis pape· eſt ep̃alis excõi catio·per·c·ubi ꝑiculũ·de elect·li·vi· et de dñis et rectoribus ⁊ officialib⁹ q̨ imminẽte dicta elec tione nõ ſeruãt ipſam conſtõem·ꝑ·c·ubi ꝑiculũ· ¶ de his qui procurãt ꝙ conſeruatores dati ſe in tromittãt de his que nõ licent·i· de aliis q̃ de ma nifeſtis iniuriis et uiolẽtiis·eſt excõicatio ep̃alis ꝑ·c·ſtatuim⁹·de offi·dele·li·vi· ¶ de dñis recto ribus ad regimẽ urbis rome ⁊ electis·et fautori b⁹ qui fecerint contra conſtõeꝫ ſuꝑ hoc factã eſt ep̃alis excõicatio ꝑ·c·fundamẽta de elect· ¶ de electis magiſtris doctorib⁹ uel ſcholaribus trac tantibus cũ aliquo ciue Bononiẽſi de cõducẽdo hoſpitiũ irrequiſitis inquilinis niſi tꝑs cõductõis fuerit elapſuꝫ·ẽ ep̃alis excõicatio ꝑ·c·ex reſcrip to·ext̃·de locato· ¶ de doctoribus ſeu magiſtris qui ſciẽter illos religioſos qui dimiſerũt habituꝫ docẽt lr̃as·ſ·legẽ uel ꝑhiſicã· eſt excõicatio ep̃a lis ꝑ·c· ut ꝑiculoſa· ne clerici uel mo·li·vi· ¶ De dñis uel rectorib⁹ tꝑalibus qui nõ fecerint obſer uari ea que ſtatuũt contra inſecutores cardinali um·ſeu alicui⁹ de familia eorũ uel pape eſt excõi catio ep̃alis ꝑ·c·felicis·de pe·li·vi·

¶ de his qui impediunt uisitatores monialiũ uel canonicarũ · si moniti nõ desistãt est ẽpalis excõicatio ꝑ cle · attendẽtes · de statu mo · ¶ de impugnantibus litteras pape ante coronatõem eius · et est Bñdicti pape · ii · ¶ de qbusdã mulierib⁹ que bighine dicũt · et de religiosis fauentib⁹ eas in illo statu · et erant iste certũ habitũ assumẽtes nulli obedientiã promittẽtes nec renũciãtes propriis nec regulam hñtes · licet quibusdã religiosis spãliter inhereãt · de here · c · ad nr̃am · Nec intelligunt sub nomine ille que etiã bighine uel uestite dicũt de penitẽtia beati dñici · ut patet in declaratione Iohãnis · xxii · z idem dicit̃ de tertio ordine beati Francisci · immo ex illa cle · uidentur dici bighine ille excõicate que hñt illos errores ibi positos q cum sapiant heresim est hodie forte casus papalis et est cõtra tales bighinos · ¶ de his qui absoluti ab excõicatione in articulo mortis uel propter aliud impedimentũ nõ represẽtãt se q̈citius cõmode possunt ei a quo debebant absolui · quia reincidunt in eandem · de sen · exco · c · eos ·

¶ de participantibus cum excõicato in crimine · propter quod est excõicatus dando ei cõsilium et fauorem · c · si cõcubine · de sen · excõ ·

¶ de his qui absoluunt̃ a sede apostolica · uł legatis · et iniũgit̃ eis ꝙ se represẽtẽt ordinariis · uel alias suscepturi pñiã et passis iniuriã · seu alias obligati eis quibus scienter satisfaciãt si hoc nõ faciunt cum primũ cõmode poterũt · quia reincidũt in eandem sñiam · d · c · eos ·

¶ De illis qui cōtumaciter asserūt Romanā eccle
siā nō esse caput omniū ecclesiarū nec ei tāq̄ capi
ti esse obediendū· di·xix·c· nulli fas· ¶ De his q
sepeliūt corpa in cimiteriis tpe interdicti in casi
bus nō cōcessis a iure cle·eos de sepul· ¶ De his
qui excōicatos publice· aut nominatim interdic
tos uel usurarios manifestos scienter sepeliūt in
cimiteriis dicta·cle·eos ¶ De clerici qui manife
stis usurariis ad exercendū fenus domos locant
uel alio titulo cōcedūt est excōicatio Epālis·per
c·usurarꝝ·de usuris· ¶ De eo qui nō est electus
a duabus ptibus cardinaliū·et se gerit pro papa
c·licet·de elect· ¶ De monachis et canonicis re
gularibus archidiaconis decanis prepositis ple
banis cantoribus et aliis clericis psonatū hn̄tib9
aut etiā quibuscūqꝫ presbiteri· qui audiūt leges
uel phisicā est episcopal' excōicatio p·c· nō mag
nope·ne·cleri·uł mo· ¶ De religiosis qui temera
rie ubicū p habitū sue religionis dimittūt excōi
catio ē epālis p·c·ut piculosa·ne cle· uł mo·li·vi·
¶ De religiosis qui accedūt ad studia· nisi a suo
prelato cū cōsilio maioris ptis couentus licentia
sibi sit cōcessa·d·c·ut piculosa·li·vi· ¶ De religio
sis qui decimas debitas ecclesiis sibi appropriāt
uel usurpāt·siue qui nō pmittūt solui ecclesiis de
cimas de animalibus familiarū et pastoꝝ suorū·
uel alioꝝ im̄ ſeentiū ipa animalia gregib9 eorū
tales si nō hn̄t administratōes et bn̄ficia sunt ex
cōicati si hn̄t sūt suspēsi· nisi reqsiti destiterint·ī·
mētez ·cle·religiosi·d̄ deci· z ē epālis excōicatio·

¶ De monachis et canonicis regularibus nō habentib⁹ aliquam administratōem qui se conferūt ad curas principum sine licētia suorum prelatoꝝ ut damnū aliquod inferant suis prelatis aut monasteriis et qui sine licentia armā tenēt infra septa monasterii est ep̄alis excōmunicatio· per cle· ne in agro·de sta·mo· ¶ De religiosis uel monialibus professis et clericis in sacris ordinibus constitutis· qui contrahūt matrimoniū de facto est excōmunicatio episcopalis· cle·eos· de cōsan·et affini· ¶ De inquisitoribus hereticorum·qui pretextu officii inquisitōis quibusuis modis illicite pecuniam extorquēt uel scienter bona ecclesiarū ob delicta clericorum fisco ecclesie applicāt nec possunt absolui· nisi qb⁹ extorserint plene satisfecerīt d̄ pecunia est ep̄alis excōicatio·cle·nolētes· d̄ here· ¶ De religiosis qui nō seruāt interdictū quod seruat sancta mater ecc̄lia Romana ut cle· ex frequētibus·de sen·excō· ¶ De religiosis qui confitentibus sibi nō faciūt conscientiā sciēter de decimis soluendis·tales ab officio predicationis sunt suspensi· donec cōmode possint faciant eis conscientiam· et si interim predicāt· sunt excōicati episcopali excōmunicatione· et similiter de religiosis qui dicūt aliqua uerba·ut retrahant audiētes a solutione decimaꝝ est episcopalis excōmunicatio per cle·cupientes·de pe· ¶ De religiosis mēdicantib⁹ qui domos ad habitandū uel loca d̄ nouo reciperent· aut de nouo recepta mutarent uel alienarent·c·i·de excessi·prela·in cle·

¶ De fratribus minorib9 qui tpe interdicti recipiunt ad diuina fratres uł sorores de tertio ordine sancti Francisci est Episcopalis excõicatio·c· cum ex eo·de sen·excõ·in cle·¶ Ingrediētes monasteria monialiũ ordinis predicatoꝝ extra cas9 necessarios qui declarātur in constõibus suis·puta ad dandum sacramēta infirmis ad medendum eis·ad reparandũ edificia·et hmoi·nõ habita licentia a papa uł a magistro ordinis sunt excõicati·nec pñt absolui·nisi a papa uel a magistro ordinis uel ab alio cui fuerit cõcessa talis absolutio·ut patet in bulla ipsi9 ordinis cuius bulle transumptũ uidi ego·¶ Ingrediētes monasteria monialiũ ordinis minoꝝ extra casus necessarios concessos in constitutionibus suis sine licentia pape uel ministri ordinis excõicationez diocesanis reseruatā incurrunt·prout audiui a quibusdam fidedignis ¶ Nota ꝙ ab excõicationibus que fiunt ab homine siue a iudice regulariter nõ potest quis absolui nisi a suo excõicatore uel ab habente plenariaz iurisdictionem super eum·uel a superiori suo·nisi in articulo mortis·¶ Itez nota ꝙ fratres predicatores et uolentes ingredi eorum religionē possunt absolui a prelatis ipsius ordinis a sententiis excõicationis suspensionis et interdicti·latis ab homine uel a iure·saltem ab illis quorũ absolutio reseruatur Epo·De materia omniũ supradictarum excõmunicationũ·tam pontifici summo quaz Episcopis uniuscuiusqꝫ diocesis·tam a iure quā ꝑ extrauagantes et processus curie·Vide plen9

et clarius ac diffusius si uis uidere in titulo de cẽ
suris ecclesiasticis in quarta pte mee summe· siue
compilate per me fratré Antonium Archiepm
Florentinú· Et sic est finis omniú casuum tam su
mo pontifici quá episcopis reseruatoꝝ·

¶Primo notádú est ꝙ sunt duo species excõica
tois·s· maioris et minoris· Excõicatio maior sꝑ
est peccatum mortale·z talis primo est seperat⁹
á deo· et non potest cõicare pro aliqua utilitate
anime sue· ¶Scdo est seperatus a sancta ecclesia
idest a cõione et ꝑticipatõe fideliú·exceptis his
casibus qui supra specificati sunt· Et sunt quinqꝫ
in quibus ipe excõicatus nõ potest participare·
qui continentur in hoc uersu·

Si pro delictis anathema quis efficiatur·
Os orare uale cõmunio mensa negatur·

Qui sic intelligunt· Os·i·locutio·orare·i· orõ cú
aliis in ecclesia·cõio·i·cõicatio sacramentoꝝ·uale
i·salutatio· mésa·i· cibus et pot⁹· Excõicatio ue
ro minor aliquádo est mortale peccatú· alic ñ ue
niale· sed anteq̃ dicat quádo sit mortale uł uenia
le· Noto pri⁹ ꝙ noué modis hõ potest incurrere
excõicationé minoré· ¶Primo qñ quis ꝑticipat
cú excõicato excõicatione maiori aliquo illoꝝ mo
dorú sepius dictoꝝ· ¶Scdo qñ qs cõmittit sacri
legiú·sicut qui furat in ecclesia uel in ea illicitú q̃d
facit· ¶Tertio qñ quis est publicus cõcubinari⁹
uel fornicator· ¶Quarto quando quis acceptat
aliquá ecclesiam a laico et illam sic tenet· ut·xxvi
q·ii·c·Si quis·

¶ Quinto quādo quis est simoniacus qui est etiā excōicatꝰ excōmūicatione maiori. ¶ Sexto scd̄m quosdā quādo in bello iniusto contra christianos exercet quis artem balistarū aut sagittaꝝ. ¶ Septimo oppressores inopum et pauperū publici p̄dones. publici usurarii. meretrices q omnes large modo loquēdo possunt dici excōmūicati pro quāto talium oblatōes nō debent admitti ad altare sanctum domini. ¶ Octauo illoꝝ quibꝰ denegatur ecclesiastica sepultura. sicut sunt illi qui moriunt̄ in torneamentis. qui dato ꝙ penitētes moriantur nō ponuntur in cimiterio. similiter etiam dicitur de illis qui non cōmunicant semel in anno sine necessitate et causa. ut. c. omnis de pe. ꝛ re. ¶ Nono omnes publici peccatores. Omnes aūt casus supradictos ponit Inno. Ray. et Hosti. ꝛ in quolibet. predictoꝝ casuū potest absoluere simplex sacerdos et ep̄s. preterq̄ forte in simonia ꝛ excōicatione maiori. In primo ergo casu. s. in ꝑticipatōe cum excōicatis maiori excōicatione pōt homo peccare mortaliter et uēialiter. Mortaliter tripliciter. ¶ Primo quādo ꝑticipat in eodem crimine propter quod ip̄e est excōicatꝰ dando consiliū auxiliū et fauorē. rōne cuius pc̄m cōmittit. ¶ Scd̄o quādo ꝑticipat cum excōicato in aliquo alio crimine mortali ab illo propter qd̄ ip̄e est excōicatus. Sed in primo casu nota ꝙ ꝑticipās cum excōicato in eodē crimine ut dictū ē incurrit excōicatōem maiorē. sed in scd̄o mō cadit tm̄ in minori excōicatōe etiā si mortaliter peccat.

¶Tertio qui cõicaret cũ excõicato maiori excõi catione in sacramẽtis · puta accipe corpus christi cum eo uel sacros ordines incurrit excõicationeꝫ minorẽ peccat tñ mortaliter· In aliis aũt casibus supradictis nõ peccat quis ꝑticipãdo cuꝫ excõi catis · nisi pro q̃to aliquis in cõtemptu precepti ꝛ probibitõis facte audacter cũ excõicato· et ad libitũ cõuersaretur· aut in salutãdo· aut in loquẽ do sine necessitate· aut in morãdo uel cõicando· Sed nota ꝙ sacerdos recipiẽs aliquẽ excõcatum maiori excõicatione ad officiũ ecclesie· aut ad sa cramẽta· aut ad ecclesiasticã sepulturã· nõ solum mortaliter peccat· sed subito est suspensus ab ad ministratõe· et sibi est interdictus introitus eccle sie quousqꝫ sit absolutus · et efficitur quasi irregu laris et si taliter interdictus moriat̃ nõ debet po ni in cimiterio nec debet propter timorẽ sacerdos desistere quin talẽ excõicatũ expellat de ecclesia quia nõ excusat̃ rõe timoris · nisi talis esset timor qui posset cadere in cõstanteꝫ uirũ · tunc · n · sc̃dm quosdam excusatur ab interdicto · Hosti · autem dicit ꝙ beatꝰ erit talis sacerdos si se preparet ad martiriũ · Nota igitur quomodo habuisti ꝙ in no uem casibus homo cadit in excõicationẽ minorẽ rõne cuius sepatus est ab effectu sacramentoꝝ · et q̃tum ad deum · Nam peccatũ mortale animaꝫ seperat a deo · et excõicatꝰ quõcunqꝫ est in pecca to mortali · preterq̃ ꝑticipando cum excõmunica to maiori excõicatione in loquẽdo salutãdo oran do cõicãdo ꝛ comedẽdo in qbꝰ casibꝰ sc̃dm Tho ·

Homo nō peccat mortaliter niſi propter contēptū dato q̄ excōicationez incurrat · et ideo qui eſt in pcō mortali quōcunq̧ aliter eſt excōicat⁹ · etiā q̈tuz ad eccleſiā eſt ſepatus ab effectu · i · a gratia et ſacramētis · quia nullus qui eſt in pcō mortali · cum ſit indiſpoſitus pōt cōſequi grāz ſpūs ſancti · poteſt tamē intrare in eccleſiaz · ſtare in officio diuino · et etiā poteſt cum aliis in aliis participare ſed nō poteſt pacē in eccleſia recipe · cū pax ipa ſit loco cōionis · Sed hec omnia plenius habētur in decretis et decretalib⁹ · et in ſūmis · ideo cuz expedit uidere querē diligentius in ipis ·

¶ Poſtq̈ ille qui uult confiteri · dixit ex ſe ea que uoluit de peccatis ſuis · ſi nō dixit ſufficienter · qđ quaſi ſemp accidit interrogand⁹ eſt plene de hiſ que nō dixit prout uidebitur fore expediēs · Si uero modicū uel minus dixit potes interrogare ſcđm ordinez infra poſitū · uidelicet primo de decem preceptis · poſtea de uitiis capitalib⁹ · nō autē omnes de omnibus · ſed de illis que ſolēt in talib⁹ reperiri · et nō ſolum de iſtis peccatis interrogandi ſunt · ſed de omnib⁹ circūſtātiis pcōꝝ · prout · ſ̄ · ſatis oſtēſum eſt · Nō tñ eſt neceſſe de quolibet pcō mortali oēs circūſtantias p̄dictas cōfiteri · ſed ſolū illas que trahūt peccatū in aliā ſpēz que · ſ · hñt ſpālem deformitatē oppoſitā alicui p̄ceptoꝝ · Sed et de numero pcōꝝ mortaliū · ſ · quotiēs mortale pcm̄ cōmiſſum eſt in qualibet pcōꝝ ſpecie diligenter interrogandū eſt ·

¶ Incipit prima ps de modo interrogā
di penitētes a cōfessore scđm decem
precepta legis. Primū preceptū cōti
net tria Capitula. Primū.

V Num cole deū. Circa hoc primū precep
tū sic potes interrogare. et pmo đ uotis

¶ De uotis.

Nota scđm magistrū sñiaꝝ di. xvii. q uotū
est testificatio quedā promissionis sponta
nee que fit deo. de his que dei sunt ꝛ fieri debet
uel breuiꝰ scđm Tho. Votū est promissio deo fac
ta de aliquo quod sit deo acceptū. ad qđ requirū
tur tria. s. deliberatio uolūtatis propositū ꝛ pro
missio ultimū orit ex scđo. scđūdum ex primo. Si
trāsgressus est seu omisit implere aliqđ uotū lici
tū. et si aduertenter cū possit est semp mortale.
Et totiēs quotiēs frangit. secꝰ si ex obliuione ul
qa nō poterat ut infirmis ieiunare et hmoi. ¶ Si
uouit se aliquid mali factuꝝ. ut uindictā uel ma
ioris boni impeditiuū. ut nō ingredi religionem
hoc est mortale et sine aliqua dispēsatōe đēt illđ
infringere. ¶ Si nimis tardauit implere propter
qđ a memoria excidit omnino uel uenit ad statū
nō ualēdi implere. cū prius potuisset mortale ui
det. Idē quādo dimisit propositū implēdi. cū tñ
posset. alias mora implēdi uotū qñ sibi nō pfuit
tps nō uidet mortale. nisi mora esset ualde nimia
ꝛ nisi ex hoc ei immineret piculū nō ualēdi imple
re. ut đ uoto ingrediēdi religionē cū tñ nō hret
cāz legitimā cogentē dilatōis tūc etiā ē mortale.

¶ Si fecit uotū de re licitā ut ꝗ elemosina ieiunio et hmōi. sed ob malū finez. puta ut possit facere uindictā adulterium et hmōi mortale pcīn est. nec tenet illud implere. ¶ Si fecit uotū abstinen tie et hmōi. et dubitat utrum possit implere uel nō et sine dispēsatōe uel cōmutatione supioris. cum possit faciliter recurrere ad eū uel ad cōfes sorem suum pro consilio frāgit mortale uidetur. ¶ Nota tamē ꝙ uiri pnt irritare uota uxoꝝ .s. ab stinētie peregrinatōis elemosine et accessus ad talem locū et maxime uotū elemosinarū si nō ha bent nisi dotem absꝗ alia superioꝝ dispensatōe et si fiat talis irritatio etiam sine causa rationabili a uiro ammō non tenet uxor implere talia uota. Dubiū est de uoto hyerosolimitano. quia hoc in fauorem fidei emittit. ¶ De irritatōe uotorū im puberū et filiorumfamilias et religiosorū. uide in scđa parte sūme ti. ult. ¶ Si habens uotū casti tatis uel religionē intrandi z matrimoniū cōtrax it mortale est .et nō potest cōsumare illud absꝗ mortali peccato. quia adhuc potest illđ implere. z debet ante cōsumatōem matrimonii post cōsu matōem uero reddere tenetur debitū etiā inter pretatiue petenti. Sed exigendo semper peccat mortaliter. unde cōsulendū esset ei petere super hoc dispensatōem a Papa scđm Guil. posset etiā Epūs dispensare nisi esset talis cōtinēs et obser uans ipm. ¶ Si fecit uotū stultum et irrationabi le. ut ieiunare dñica die. uel nō pectinare caput. uel lauare in sabbato. z hmōi mortale nō est. sed

prohibendus est illud implere.

¶ De uoti trāsgressione.

Et nota q̄ a trāsgressione uotoꝝ potest de iure cōmuni et consuetudine cōfessor absol uere quia nō est de casibus reseruatis. sed de di spēsatione et cōmutatōe uotorū non potest se in tromittere sine speciali cōmissione diocesanorū. uel alterius qui possit illam dare. Episcopi autē in omnibus possunt cōmutare uel dispēsare. nisi in uoto castitatis uel religionis et tribus uotis ꝑ egrinationis. scilicet Hyerosolimitani ad sanctuꝫ Iacobuꝫ. et ad limina apostolorum. idest Romā in quibus uotis Papa uel sūmus pñiarius soli di spensant uel cōmutant. De uotis hēs in scđa ꝑte summe.

¶ De supstitionib9. Ca. scđm.

Si fecit ipe uel fieri fecit aliquod maleficiuꝫ seu iuxta uulgare malias in quibus semper fiūt incantatōes occulte uel manifeste. demonū inuocatōes. quod semꝑ est mortale. et dignum morte corporali.

¶ De incantationib9.

Si fecit uel fieri fecit uel procurauit aliquaꝫ incantatōem cum sacramētalibus ecclesie. ut aqua baptismali uel oleo scō ⁊ hmoi ob sanita tem uel aliā causam est mortale ⁊ grauissimū.

¶ De adoratōe creaturarū.

Si adorauit aliquā creaturam faciēdo oratio nē ad eam. ut ad lunā soleꝫ et stellas cū pri mo apparēt. et hmoi est mortale pcm̄.

¶ De diuinationib9.

Si fecit uel fieri fecit aliquam diuinatōem ad inueniendū furta uel ad sciendum occulta uel futurū. qđ sibi cōtingere potest est mortale.

¶ De arte notoria.

Si didicit artē notoriā. uel usus est ea ad sciē dum aliqua uł si usus est arte nigromātica mortale est. z si hēt librū inducend9 est ut eū cō burat. alias nō est absoluēd9 sicut est liber Alma del. Sexiphoras et alii libri comburēdi sunt. quia mortale est uti eis.

¶ De constellatōibus.

Si ex constellatōibus uel planetis sub quib9 natus est aliquid iudicauit determinate de cōuersatione eius. Idez si ex phisonomia. Crede re. n. hominē ex fato uel constellatione uel cōple xione cogi ad bonū uel ad malum est hereticū.

¶ De sortibus.

Si usus est sortibus diuinatoriis qđ est mor tale. ex leuitate autem ueniale. ¶ Si dedit aliqđ turpe uxor uiro ad comedendū. uel alteri ut amaret eam uel fecit uł dixit aliquid turpe ad hmoi. est mortale. interrogandū est qd fuit illđ.

¶ De incantatōib9.

Si fecit uel fieri fecit aliquā incantatōez ob sa nitatem cōsequendam. z quādo hoc fit sci endo esse prohibitū est mortale cōiter quādo ue ro ex simplicitate fieret putando esse bonas orō nes uidet̄ ueniale. Sed si nollet in futuꝝ abstiner̄ negāda est ei absolutio. quia ex obstinatione et

malicia uidet̃ esse mortale· et interrogandũ est d̃ uerbis qb⁹ utunt̃·et de obseruátiis quas addũt·

¶ De breuibus·

Si fecit uel fieri fecit·uel usus est breuibus· que cõiter sunt supstitiosa ex uerbis uł car ta· in qua fiũt uel modo imponẽdi uel portandi uł tpe scribendi· et inuẽta supstitione eaꝝ impo nendũ est ꝙ comburát· et si nolent nõ sunt absol uẽdi· quia tunc est mortale· si uero putabát talia esse licita tãq̃ orones·ueniale uidet̃·

¶ De obseruatõib⁹ tẽpoꝝ·

Si obseruauit uná diem magis q̃ aliá·in nõ in cipiẽdo aliquid tãq̃ malũ· ut dies egyptiati cos·uel diem in quo occurrit decapitatio sancti Iohánis baptiste uel diẽ ascensionis in colligẽdis herbis et hmoi ueniale uideat̃· quádo ex simpli citate hoc fit· siue scribendo aliqua uel portando ad suspẽdẽdũ in aliquo loco si simpliciter credit ueniale est·si uero hec crederet animo obstinato tũc mortale esset talia obseruare·

¶ De somniis··

Si obseruauit somnia faciens aliquas orones et obseruationes ⁊ postea ex his que som niat uolẽdo de futuri et occultis iudicare ⁊ pro nunciare mortale est· alias autẽ sine obseruatõe adiuncta adhibere fidem nimiis somniis pecca tum est·et si ex se nõ sit mortale tñ ꝑiculosum ẽ· quia sic diabol⁹ multos decipit· ¶ Si ex effusiõ ne olei de lucerna uel cracitatõe aliquaꝝ auiũ uel ululatu canum uel magnitudine et continuitate

uentorum et hmoi estimauit aliquid mali euetu rū quod fatuū est. ¶ Si existimauit mulieres cō uerti in gatas uel alia animalia. et ire de nocte ⁊ suggere sanguinez puerorum et hmoi qd est im possibile nisi deo. et imo fatuum est credere. De hac materia diuinationū incātationum et omniū superstitionum. Vide luce clarius in decretis. xx vi. ca. per totum.

¶ De blasphemia mltiplici dei et sanctoꝝ. Ca. III.

SI blasphemauit deū. uidelicet dicēdo cum nō esse iustum et omnia iniuste disponere et esse acceptatorē personarū uel nō uidere que fiunt. uel nō curare de actibꝰ hominū uel prodi torem uel sine merito punire et flagellare eū. ul non posse istud uel illd facere et hmoi quodlibet hoꝝ est mortale. cū aduertit qd dicit ⁊ intelligit ¶ Si blasphemauit deuz uel aliquē sanctū q̄ pro pe dicitur maledictio. ut maledictꝰ sit. ⁊c̄. ut fit ex ira semp est mortale. si aduertit ip̄a uerba.

¶ Secundū preceptum de iura mētis e piuriis. et hēt. Ca. duo. Primū.

NEc iures uana per ipsum. Primo de piu rio. ¶ Si iurauit in aliqua curia coram iu dice mendaciose mortale est. q̄tūcunq alias heberet iustā causam. et qui inducit ad hoc aduertenter ut iudex aduocatus procurator. et hmoi mortaliter peccat.

¶ Si iurauit etiaꝫ extra iudiciũ in cõmuni sermone quacunqꝫ ex causa uel leuitate uel utilitate uel iocositate · uel qualicũqꝫ modo · nõ solum ad sancta dei euãgelia et per corpus christi · et sanctorũ sed etiam per fidem · per deum · si deus me adiuuet · per uirginem Mariá · per crucem · per animá suá et hmõi · hoc semper est mortale quando aduertit se iurare · et falsum dicere · et totiés quotiens sic iurando aduertit ·

¶ Si iurauit aliqd pro certo · de quo dubitat utrũ sic sit mortale est · et precipue iurãdo in iudicio ·

¶ Si iurauit perpetrare aliquid quod est mortale · ut facere uindictam · nõ dimittere concubiná seruare iniusta statuta · tenere secretam iniquaꝫ cõiuratõem mortaliter peccauit · nec debet illud seruare · ¶ Si iurauit tenere secretuꝫ aliquod qđ est tractatũ in cõsilio · ul' aliud quod nulli est nociuũ · si aduertẽter manifestat peccat mortaliter ipse et qui stimulat eum ad manifestandũ sciens illud esse secretũ · ¶ Si iurauit seruare statuta alicuius ciuitatis ul' unuersitatis aliquod sciẽter ex illis trãsgrediendo statutis peccat mortaliter ·

¶ Si tamen aliquod statutũ est abrogatum per cõtrariam cõsuetudinem · quia quottidie per oẽs fit contrariũ ꝛ diu · nõ uidetur periurus si nõ seruat illud eo ꝙ nõ hẽt uim statuti · di · iiii · § · leges ·

¶ Si iurauit per aliqueꝫ modum opprobriosum per dei menbra ul' sanctorum · ut faciunt ribaldi mortaliter peccauit · quia blasphemia reputatur · xxiii q · i · c · si quis per capillũ ·

¶ Si promisit se aliquid facturū licitum in hono re dei uel aliorum sanctoꝝ. si nō intēdebat obser uare mortaliter peccauit. Si autē intendebat ob seruare sed ueniente termino quo debet implere nō seruat promissum. cū tamen posset. licet cum incōmoditate sua peccauit mortaliter nisi ille cui promisit ante terminū relaxet iuramentū. quod facere potest si promissum in illi⁹ utilitatē tantū cedat. nam si in utilitatem aliorū uel in honorem dei et scōꝝ non potest ille relaxare. sed ad Epm uel Papā pertinet relaxatio uel cōmutatio. si autē nō potest implere excusatur a peccato pro tunc cū non potest. ¶ Si quis etiā promittat cū iura mēto se aliquid facturū quod nō est alicuius im portationis boni uł mali. ut mater de uerberādo filium uel de bibendo uel nō et hmōi uidetur ue niale iuratio et periuratio. ¶ Si iurauit sine causa rationabili pro quibuscūq; minimis. dicendo etiā ueritatem ueniale est. nisi faceret in cōtemptum et inducend⁹ est. ut abstineat propter pꝛiculum periurii. ¶ Si inducit aliquē ad iurandū. quē om nino credebat falsum iuraturū mortaliter pecca uit. nisi esset iudex hoc faciēs ex officio suo scdm iuris ordinem.

¶ De adiuratione. Ca. II.

DE adiuratione que est inducere aliquē ad aliquid faciendū ob inuocatōem alicui⁹ rei sacre. et si est per modū coactionis intendēs eū obligare per modū iuramēti ad aliquid faciendū ut ad supiores et alios in quib⁹ nō habet ptātē

est mortale sicut adiuratio Cayphe cōtra domi nū· ¶ Ad sibi subditos uero est licita eo cāu quo liceret eis precipere alias nō·et túc adiuratus te neť illud facere uł dicere alias esset mortale sicut trāsgressio precepti· ¶ Si adiurauit prelatos uł socios uł inferiores per modū deprecationis in tendēs reducere ad iuramētū ad aliquid boni fa ciendū·nō est malum uel ueniale· ¶ Si leuiter et sine causa est adiurat9 nō faciēs illud nō peccat Too· ¶ Si adiurauit demones per modū precis uel ad fiendum aliquid ab eis uel aliquid obtinē dum auxilii est mortale·nisi quis faceret ex fami liari cōsilio spirit9 sancti uel nisi ex quadā simpli citate· querēs ab obsessis a diabolo·sed p modū coactionis licet eos adiurare ne nobis noceanr· ¶ Si adiurauit creaturas irrationabiles ne diabo lus eis utať in nr̄m nocumentū licet· Si autem ut demon opereť in eis mortale est· ut incātatores serpentiū· ¶ Si in cantilenis et turpibus fabulis miscuit deuz et sanctos·et in narrationib9 turpi bus z amatoriis est mortale· alias ueniale nisi fa ceret in contemptum dei·

¶ Tertiū preceptum de obseruatōe festoꝝ cōtinet duo·ca· Primū·

Sabbata sanctifices· Quia q̄tuz ad determi natōes dierū·istud preceptū est đ iure po sitiuo·ideo hic annectere potes de ieiuniis eccle sie et de auditione misse· ¶ Primo ergo si fecit ali qđ manuale opus dieb9 dn̄icis et festiuis uel ał's pceptis ab eccłia extra necessitatē·qa mortaliteŕ

peccauit si p notabile spaciu sec9 si fueret aliqua pucta· si uero ex necessitate uidelicet, qa hostes expectant uel ueniunt inundatões aquaꝝ et h9 mõi túc liceret remouere blada et supellectilia et hmoi· et debét obseruari de uespera in uesperá· i· de sero ad sero· de cõse· di· iii· c· pronúciandú· et hic requiritur magna prudentia in cõsulédo·· ¶ Si uendidit uel emit diebus festiuis nó comestibilia de die in diem· ut pané uinú caseú carnes et hmoi mortaliter peccauit· ¶ Si per modú negotiatóis nõ in casu magne necessitatis· In núdinis tamé ex quo prelati ecclesiarú tollerát· si nõ dimittút audire missam scdm Pet· de pal· uident excusari qui mercant in dieb9 festiuis· s· a peccato mortali· ¶ Si fieri fecit aliquod predictorum a suis filiis discipulis seruis laboratoribus sine necessitate peccat mortaliter mandás et exequens Si tñ mandás seu magister uel patronus nõ hét necessitaté· sed discipulus ei9 ul' seruus uel rusticus hét necessitaté· ita q aliter nõ posset uiuere· uel quia discipulus nõ obedit aliquádo magistro in his dieb9 uendédo uel faciédo aliqd exercitiú eius artis pro aliquo tpe· et nec iste nec ali9 d illa arte uult cõducere eú secuz et aliud exercitiú nescit facere uidet ipe excusari· ¶ Ná si in obsequ ecc'iaꝝ paupcl'aꝝ aliqñ licet aliq d laborar dieb9 festiuis scdm doctores, qtomagis licz p sustétatõe uite ei9 in necessitate tuti9 tñ esset eligere aliquá artem si posset· Similiter de scriptorib9 pro pcio et cõficientib9 instruméta et indicantibus z facié

tibus longas dietas nō causa cupiditatis sed ne cessitatis. quia nō bene aliter potest fieri. ¶ De barbitonsoribus et hmoi. Medicinalia aut semp licet facere et medicari z talia uendere. ¶ Si per totū diem festiuū uacauit ludis uenatōib9 aucu piis choreis z aliis uanitatibus mūdi. Frequēter n. in his occurrūt mortalia peccata. etiā si ꝗ se ista nō sunt mortalia. quod etiā mortale peccatū die bus festiuis cōmissum sit grauius patet. et ideo de hmoi confitendum est.

¶ De auditōe misse dieb9 dominicis et festiuis.

SI nō audiuit totā missam dieb9 illis. sed omi sit uel ex cōtemptu uel ex cupiditate lucrā di uel cā eūdi ad solatiū uel ad cōuiuia. seu ex ne gligētia uel ignorātia crassa mortaliter peccauit. et totiēs quotiēs dimisit. Idē si audiuit sed nō to tā dimittēdo notabilē ptē. de cōse. di. i. c. missas. Sec9 uero est si modicā ptez misse dimisit. ¶ Qd aut qs audiat in prochia sua uel alibi missam pro priā de die uel aliā audiendo uel nō intelligendo uerba uel nō audiēdo. quia submisse dr uel audi at alibi seu a cōcubinario uel symoniaco et hmoi uel nō symoniaco et cōcubinario. exquo plati nō prouidēt sup hmoi nō uidēt simplices solicitādi sed dimittendū cōsciētiis eoꝝ ubi talia abūdant. scdm Pet. ꝗ pal. z Guil. durañ. ¶ Dimittēs uero auditōem misse ex infirmitate uel ex tali occupa tōe quā nō pōt dimittere. ut seruire infirmo. uel alia iusta cā. puta qa manet in castris excusat.

¶ Excusant etiam puelle que dimittuntur a parētib9 domi· nō tamē euntes ad choreas· uidue etiam que manent in domo clause per mēses· nō excusant secus si p dies ·xv· uel per mensem·

¶ De obseruatione ieiunioꝝ Ca·II·

Si quis dimittit ieiunia eccl'ie· uel quadragesime· quatuor tempoꝝ et uigilias festorum Christi· ac apostolorū et sanctorū post ·xxi· annū peccat mortaliter· nisi habeat causā legitimeū axcusantē uel saltē existimet se habere· puta cū est satis debilis uel uidet sibi esse propter qd credit nō posse ieiunare sine notabili corporis detrimēto· licet scdm uarietatem possit· talis non uidet de facili cōdemnand9· de mortali ex quo paratus erat obedire pcepto si credidisset se posse· aliter est mortale· et totiēs quotiens dimisit aliquē diē ieiunii· quilibet·n· dies est sub uno peccato· ꝛ inde ·xxi· annū inducendi sunt iuuenes ad ieiunandū· sed etiā interrogandū est de numero dierū quos dimisit· et qua de causa· ¶ Si uero notabiliter anticipauit horaꝫ comedēdi· puta circa horam tertiam sine causa legitima nō est ieiuniū· unde ꝛ mortale· hora aūt congrua est esse nonā tardare autem post nonam nō est uiciū· nisi fiat ex superstitione· ¶ Si cuꝫ ieiunauit ex statuto ecclesie uel ex uoto uel ex iniūctione cōfessoris comedit de sero frustum panis uł de pluribus fructibus· aut cōfectionibus uel de uno genere tantū sed in magna quātitate ieiunium fregit·

¶ Si uero aliquid cõfectionũ sumit in pua quãtitate nõ soluit ieiuniũ· nisi fieret in fraudẽ ad nutriendũ· sed sumendo aliquid fructuũ· p modũ medicine · ne · s· uinum lauet stomachũ nõ uidetur esse malũ· ¶ Potest aũt qs in die pluries bibere sumpto prandio· et non frãgit ieiuniũ nisi fiat in fraudẽ ut dcm̃ ẽ· ¶ Debiles z mltũ laborãtes itinerãtes pegrinãtes pregnãtes ac nutriẽtes paupes et hmõi· quõ et qñ a ieiunio excusent· uide plenius in sũma·

¶ Quartũ preceptũ de honore pentũ et habet duo ¶ Ca· Primũ·

Habeas in honore pentes · quere primo· Si dixit uerba cõtumeliosa uel opprobriosa pentibus · mortaliter peccauit· z multomagis si uerberauit etiã leuiter· ¶ Idem si pentes irrisit · ¶ Si blasphemauit· uel maledixit ipis defunctis z uiuis · ¶ Si nõ obediuit eis in licitis ex contemptu peccauit mortaliter· etiã in paruis rebus· secus si ex negligẽtia in rebus nõ multũ põderis· ¶ Si nõ prouidit necessitatibus eorum · cum posset mortale est· ¶ Si nõ impleuit legata facta ab eis ad pias cãs · sed multũ distulit propter incõmoditatẽ cũ tñ posset peccauit mortaliter· ¶ Si nõ reuerẽter se habuit· sed cõtempsit uel dure locutus est· uel prouocauit ad irã uel nõ supportauit eos uel diligenter nõ prouidit· ueniale est·

¶ De gubernatõe familie· ¶ Ca· II·

Si nõ prouidit magnis necessitatibus uictus uestitus filiorum uxoris seruorum · cũ posset ex

auaritia ul' crudelitate mortale est. ¶ Ité si propter hoc illegitios filios misit ad hospitale uel seruos qui sibi bene seruierút ¶ Si nõ adhibuit diligentiá ad hoc ut boni essent et mádata dei et ecclesie obseruarét. ut đ cõfessione cõione auditione misse đ honestate et hmoi z si notabilé in hoc cõmisit negligentiá. nõ curádo uel nõ corrigédo mortale é uel ueniale graue. ¶ Si dixit uxori uerba cõtumeliosa uocádo scortú et hmoi uel uerberauit aspere sine causa rõnabili sed ex iniuria mortale est. secus si alias ei dura et aspera uerba loqt̃ ¶ Si uxor cõtendit cú uiro in licitis reb9 nolens obedire ex hoc prouocás eú ad blasphemanduz deú uel sanctos uel ad aliud grande incõueniés mortale est. si est occasio data ad hoc. ¶ Si uir permittit uxoré facere uanitates aut' ornatus ul' tripudiat9 et hmoi z alia multú prouocátia ad lasciuiá mortale uidet̃. si uero nõ uidet̃ mul'tú excess9 ueniale. ¶ Mater que mittit filias ad choreas et alias múdi uanitates et nõ ducit ad missaz cõfessioné cõioné peccat mortaliter. z nõ uidet̃ posse excusari a mortali. ¶ Si domin9 uel dña non prouidit necessitatibus corporalib9 seruoꝝ et ancillarú et infirmos mittit ad hospitale z nõ curat de necessitate eoꝝ. uel nõ dat eis habilitaté ad cõfitendú cõicandú. audiendi missam. cú possit ul' facit in festis laborare. mortale est in quolibet hoꝝ.
¶ Si nimis dure uel nimis remisse alias se habuit in gubernatõe familie in quo omnes delinquunt etiá perfecti cõiter ueniale est. di. xxv c. qualis.

¶ Quintū preceptum de homicidio. Ca. unī.

Non occisor eris. et pmo quere. ¶ Si occidit extra ordinem iuris aliquē uoluntarie. uel preter intentōem a casu dando operā rei illicite. ut in ludo noxio. ut ad saxa uel etiā rei licite. sed nō adhibēdo debitā diligentiā ut proiiciēdo tegulas d tecto mortale est. z cas9 Epis reseruat9. ¶ Item si ex necessitate euitabili et etiam incuitabili. ad quā peruenit ex culpa. puta quia adulter est inuent9 a uiro mulieri adultere qui ut mortē euaderet eu3 occidit. interrogandū est de causa homicidii. ¶ Si iudex occidit aliquem innocentē scdm iura uel aliqu3 nocentē. sed preter ordinē iuris. uel scdm processum ordinariū. sed nō hñs legitimū dominiū. uel habēs ptātem. sed non ex iusticia sed ex uindicta uel auaritia uel crudelitate. et est casus Epālis. nisi in ultimo puncto. ¶ Si mulier grauida quesiuit aborsum per medicinas uel labores uel per aliu3 modū. etiam si nō sequatur effect9. est mortale in ea. z in quocūq3 cōsulente et operāte ad hoc. nō tamen est casus Epālis. ¶ Si uero sequitur effect9 et puerperiū erat formatū in utero. homicidiū est in ea et in cooperāte z cōsulente. unde casus Epālis est. In aliquib9 etiam locis si nō sequitur effectus p synodales constōes est Epalis et alicubi est excōicatio. ¶ Si occidit mater filiū uel filiā sponte ad occultandū crimen suum grauissimū est. z mlto plus si nō baptizatum.

